

dolo metu et suasione *etc.* consentiente michi predicto Comito Angelo viro meo consentiente etiam mihi Marino filio et legitimo mundualdo meo, mandato et voluntate dicti Comiti Angeli patris sui viri mei predicti, omnique alia oportuna debita et consueta iuris sollepnitate mihi adhibita que solet in meliorum longobardorum contractibus adhiberi, *etc.* Unde cum predica sollepnitate voluntarie guadiam et me ipsa mediatione tibi predicto priori emptori nomine q. s. dedi sollepni stipulavi conventionem, ut nullo futuro tempore ego vel mei heredes adversum te et Monasterium controversiam moveamus *etc.* Ideoque nos ambo predicti Comitus Angelus et Thomasia qui sumus vir et uxor tribuimus tibi omnia bona nostra *etc.* prestitimus iuramentum *etc.* Quod scripsi ego predictus Iohannes publicus Melficte qui presens fui et meo signo consueto signavi. (*Segno*).

† Angelus Regalis Melficte Iudex q. s.

† Martinus f. qd. Laurenti testis. Comitus nicolaus f. Iudicis Pauli testatur.

† Nicolaus f. Iohannis pancie.

N. 111.

A. D. 1328

(2 marzo; Indiz. XI)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Robertus de peregrino not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,43; larg. m. 0,17. Macchiata.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Grisus, f. qd. comiti Roberti</i> di Barletta, lega <i>pro anima</i> alla Chiesa di S. Maria <i>de Episcopio</i> di Barletta ovvero alla chiesa di S. Maria <i>de Caritate</i> , una casa <i>in pictagio Sancti Stephani</i> .
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnatione domini nostri iehsu christi Trecentesimo vicesimo octavo Regnante domino nostro Roberto dei gratia serenissimo Rege *etc.* Regnorum suorum anno nonodecimo Mense Martii die secundo eiusdem undecime Indictionis apud Barolum. Nos Angelum de Costa regalis Baroli Iudex, Robertus de peregrino publicus eiusdem terre notarius et testes subscripti *etc.* fatemur quod prescripto die Grisus f. qd. Comiti Roberti concivis noster infirmus iacens in lecto recte tamen memoriter loqui valens condidit Codicillum seu voluntatem extremam *etc.* In primis legavit pro remedio anime sue Ecclesie sancte Marie de Episcopio de Barolo Domum unam suam sitam in pictagio sancti stephani iuxta domum heredum Comiti prudenti, iuxta domum sire angeli bonelli iuxta domum Chirelli philippi de marco et iuxta viam publicam, ita quod clerici ipsius ecclesie teneantur ad eorum expensas Sepeliri facere ipsum intus in eadem ecclesia et si nollent ipsum sepeliri facere intus in eadem ecclesia quod cadat ipsa ecclesia legato predicto et in ipso casu domum ipsam legaverit ecclesie sancte Marie de caritate de barolo in qua ecclesia voluerit sepeliri, Item dixit se debere recipere ab heredibus comiti prudentii tarenos quindecim quos legavit pro missis cantandis pro anima sua Clericis Barolitanis, de quibus tarenis quindecim legavit domino Roberto presbitero ecclesie Sancte Marie de caritate patri suo spirituali pro missis canendis tarenos duos Item legavit eidem dopno Roberto cassiam unam suam